



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rosa In Hieme**

**Mertz, Martin**

**Antverpiæ, 1627**

Capvt XX. VVilhelmi cultus erga Patronos & Dominam nostram.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42750**

78 VITA WILHELMI ROTHENSIS  
quòd totam vitam eius exornauit, in eo  
maximè eluxit, quòd vnde boues pronas-  
cerentur velut infans ignorarit. Illud hoc  
loco annectam, quo immensum eius stu-  
dium pietatem in alios etiam transfunden-  
di pateat. Dilingæ in altum perfectionis  
naui iam subducta, & ad sanctitatis pro-  
fundum appulsa, Nouitiorum, & eorum  
qui necdum ad Sacerdotium promoti do-  
mi in Cœnobio scholas frequentabant, &  
amore & cura singulari flagrans, eos mul-  
tùm, præsertim vnicis literis, simplici stilo  
sed suauis grauique spiritu conscriptis, ad  
omne pietatis genus & Religiosæ vitæ seria  
exercitia est adhortatus; in primis verò, vt  
singulis octo diebus Pœnitentiæ & Eucha-  
ristiæ Sacramenta diligenter & deuotè fre-  
quentanda arriperent, suadere conatus fuit,  
quòd ipse plurimùm ea ratione se in profe-  
ctu adiutum expertus esset.

## C A P V T X X.

VVILHELMI *cultus erga Patronos*  
& *Dominam nostram.*

**I**NSIGNI VVILHELMVS affectu & deuo-  
tione cæli ciues sibi iugiter colendos in-  
uocandosque statuit: quapropter omnem  
cælestem Curiam in septem Ordines di-  
gessit,

gessit, vt septem hebdomadis cuiusque diebus respondentes diligentiori honore & inuocatione prosequeretur. Illud verò multùm mihi deuotum visum fuit, quod manu sua sibi ipse scripserat, quodque huc illius verbis inferere volui: *In actionibus diurnis dilectos Patronos & auxiliares hos mihi elegi. In omni & quacumque actione, qua in die peragenda mihi est, hi sequentes simul vnà coadiutores: S. MARIA Mater CHRISTI praecipua Patrona omnium, S. Io. Baptista, S. Antonius, S. Sebastianus, S. Maria Magdalena, S. Verena, S. Vilhelmus, S. Norbertus, S. Bartholomeus. Ad mensam: S. Ioannes Euangelista, qui in Cæna Domini supra pectus eius recubuit. Ad Missam; S. Andreas Apostolus. Ad Horas Canonicas; S. Augustinus Doctõr Ecclesie. Ad somnum; Petrus, Iacobus, Ioannes Euangelista. Ad mentalem orationem; D. Bernardus Abbas. Ad orationem vocalem & priuatam; S. Iosephus sponsus B. Virginis Mariae. Ad pœnitentias; D. Benedictus, D. Bernardus. Ad tribulationem quamcumque; S. Ursula cum sodalibus. Ad studia; S. Paulus, S. Catharina. Ad Confessionem; SS. quindecim Auxiliares nostri. Ad Communionem; SS. Apostoli Domini. Ad examen Completory; S. Dominicus Confessor. Ad Conciones & Adhortationes; S. Franciscus.*

ciscus.

80 VITA WILHELMI ROTHENSIS  
*ciscus*. Toto verò tempore vitæ suæ, à pri-  
mo inde pueritiæ flore, Dominæ nostræ  
Angelorum Reginae addictissimus fuit, ita  
vt singulari industria ac feruore eam cole-  
re, amare & inuocare numquam cessaret,  
fructumque huius studij sui vberrimum re-  
ferret, vt ex Vitæ serie facilè patebit. Dies  
ipsi festos ac sacros insolita semper animi  
præparatione, suauique non minùs quàm  
valida pectoris inflammatione Rosarijs re-  
citandis, contemplationibus alijsque pijs  
exercitijs instituendis, maximam partem  
consumpsit, & miram ex ijs lætitiã pro-  
fectumque numquam non haufit. Sacris  
item eius quotidianis magno animi gaudio  
adfuit; & verbo dicam, quidquid de ipsa  
orandum vel cantandum esset, infueta de-  
uotione ac hilaritate percurrere solituserat,  
mirificè vel ad solum MARIÆ dulcissi-  
mum nomen affectus, vt meritò ipsum al-  
terum quemdam HERMANNVM seu  
IOSEPHVM in nostro Ordine refloresce-  
re iudicares.

VITÆ